Numa pompiliꝰ

NUma pompiliꝰ ſcḋs Romanoꝝ rex. ſeptimo ⁊ .xx. regni Ezechie āno pꝰ Romulum regnare cepit. Et regnauit annis. 41. Quem curribus ſabinis agentem vltro petiuere ob inclitam viri religionem. Ille ſacra ⁊ ceremonias omnemqꝫ cultum deorum immortalium docuit. Ille pontifices. Augures ceteroſqꝫ ꝑ ſacerdotia. Annū quoqꝫ in duodecim menſes: faſtos dies nephaſtoſqꝫ deſcripſit. Hec omnia quaſi monitu dee egerie: quo magis barbari acciperent. Eo deniqꝫ ferocem populum redegit vt qḋ vi ⁊ iniuria occupauerat impius religione atqꝫ iuſticia gubernaret. Obijt deniqꝫ octogenarius leui morbo.

Tullus hoſtilius

TUllus hoſtilius tercius Romanorum rex: trigeſimo nono regni manaſſe anno poſt numam pompilium regē a Romanis rex ſuffectus. Regnauit annis. 31. Cui in honorem virtutis regnum vltro datum. Huius cunabula (vt Eutropius ſcribit) tugurium agreſte cepit. ⁊ poſtea adoleſcētia in paſcendis pecoribus occupata fuit. Validior deinde factus Romanū rexit populū Et primus quidam Romanorum regum faſtibus ⁊ purpura vti cepit. Ac vrbem adiecto celio monte ampliauit. Poſt longam deniqꝫ pacem in albanos bella tulit deuictos in vrbem admiſit: ⁊ eorum vrbem preter templa euertit. Tandem cum magna gloria belli regnaſſet cum tota domo ictu fulminis conflagratus eſt.

Anchꝰ Marciꝰ

ANchus marcius Nume regis ex filia Nepos. quartꝰ Romanorū rex. q̄rto Ioſie regni anno poſt Tullum hoſtilium regnum accipiēs. Regnauit annis. 25. Hic nulli ſuperiorum regum belli paciſqꝫ artibus ac gloria vnq̄ inferior fuit. Et menia muro amplexus eſt. Auētinum ianiculumqꝫ montes vrbi addidit ⁊ pontem primus Tiberi adiecit: hoſtiamqꝫ in ipſo maris fluminiſqꝫ confinio Coloniam poſuit. preſagiens animo futurum: vt totius mundi opes et cōmeatus illo veluti maritimo vrbis hoſpitio reciperentur. tandem morbo correptus vitam cum morte mutauit.

Tarquiniꝰ priſcꝰ

TArquinius priſcus quintus Romanorum rex anno vigeſimoſeptimo regni Ioſie poſt anchum Marciū rex delectus. regnauit annis. 37. Is trāſmarine originis regnum vltro petens accipit ob induſtriam ⁊ elegantiā quippe qui oriundus Corintho grecum ingenium italicis artibus inſtituit. Hic et ſenatus maieſtatem numero ampliauit: ⁊ centurijs tribus auxit neqꝫ pace tarquinius q̄ bello promptior. xij. namqꝫ tuſcie populos frequentibus armis ſubegit. Inde aureo curru quattuor equis triumphauit. Qui poſt multa ſtrennue geſta ab anchi filijs interfectus eſt.

PEr ea adhuc tempora reges Haſtas pro dyademate habebant quas greci ſceptra dixere. Nam et ab origine rerum ꝓ dijs immortalibus veteres haſtas coluere. ob cuius religionis memoriā adhuc deoꝝ ſimlacris haſte addūtur.

Phaleris

PHaleris Agrigentinus tyrannus ⁊ orator hac tempeſtate floruit cui quidam perillus eris ingenioſus artifex ⁊ ei amiciſſimus ex athenis agrigentum ad euꝫ venit: cognita hominis ſeuicia vt eidē placeret ex ere taurum artificioſum fabricauit. Et in eius latere ianuā poſuit vt reus in eo incluſus ſubiectis ignibus torqueret. vt ſonus vocis hominis bouis mugitꝰ videret: quo accepto illum includi iuſſit. Et primꝰ artificij ſui prebuit experimentum vt Ouidiꝰ dicit. Nec enim lex equior vlla eſt: q̄ necis artifices arte perire ſua hec ipſe phaleris Athenienſibus de ſe pro illo conqueſtis reſcripſit. Extant em̄ huius phaleris adhuc celebres ⁊ graues epiſtole.

Sibilla erithea

SIbylla Erithrea omnium aliarū clarior in babilonia orta tempore illo vixit: monachali veſte induta: velo nigro in capite: manu geſtans gladium nudum non multum antiqua. mediocriter facie turbata. habens ſub pedibus circulum aureum ornatum ſtellis ad ſimilitudinem celi dicit ſic. In vltima etate humiliabitur deus: humanabitur proles diuina vnietur: hūanitati diuinitas. iacebit in feno agnus: et puellari officio educabitur.